



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 26. Frater Ægydius Assisinas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

Sæcul. XIII. collecta, Infans Dominus Petrus in Por.  
A.C. 1219. tugalliam misit, ubi in monasterium  
S. Crucis Coimbricam delata hodie dum  
extant. Multi ibidem edita fuere mi-  
racula, atque post annos ducentos &  
sexaginta solemni ritu hi Fratres Sancto-  
rum Martyrum numero adscripti sunt  
Sixto IV. Papa, qui Fratribus Minoribus  
eorum Officium publice recitari, Bulla  
die septima Augusti anno millesimo qua-  
dringentesimo octogesimo primo data,  
concessit. Eorumdem Historiam sub  
idem tempus ex antiquis Commentariis  
Frater Joannes Tisserandus, vir ejus Or-  
dinis Religiosus, ac Concionator Parisii  
celeberrimus, scripsit.

### §. XXVI.

#### *Frater Ægydius Assinas.*

*vit. v.r. ap. Boll. 23.* Præter alios, a S. Francisco in Africam  
*Apr. tom. II. p. 220.* missos, Frater Ægydius, Discipulo-  
rum ejus tertius, memoratur. Is Fran-  
cisci popularis, videlicet Assisi natus,  
vir simplex & literarum rudis, cum ali-  
quando sub noctem parentes suos nar-  
rare audivisset, Bernardum de Quinta-  
valle & Petrum Catanensem, relicitis o-  
mnibus, Francisci societatem elegisse,  
eorum exemplo excitatus, ubi illuxit,  
sanctum Virum quæsivit, solum se ob-  
tulit, ac amantissimo amplexu suscep-  
tus. Ægydius labore manuum maximi-  
facie-

faciebat, ideoque, ex quo ad Ordinem Sæcul.XIII.  
Fratrum Minorum admissus est, conce- A. C. 1219.  
ptum propositum nunquam aliunde  
quam de labore manuum suarum alimen-  
ta accipiendo constanter executus est.  
A Sancto Francisco anno millesimo du-  
centesimo duodecimo Romam missus,  
quotidie, postquam Missæ interfuerisset,  
in silvam, quatuor ferme milliaria seu  
aliquid ultra leucam ab Urbe distantem,  
egrediebatur, unde fasce lignorum hu-  
meris suis allato, eoque vendito, victum  
sibi parabat. Quædam mulier, inito de  
cadendis lignis pacto, quia virum esse  
piissimum noverat, plus mercedis dedit,  
quam promiserat. *Sed ipse nolo*, inquit,  
*a vizio avaritiae vinci, ac medium pre-  
tii partem restituit.* Nullus tam vilis  
labor, quem obire dignaretur, quid-  
quid de lucro quotidiano supererat, in  
pauperes spargebat, & semper certum  
tempus ad orandum sibi constituebat.

Talis erat Frater Ægydius, quem  
cum quibusdam aliis S. Franciscus ad  
prædicandam Saracenis Africae fidem mi- <sup>vit. c.2.n.8.</sup>  
lit, quoniam alii Fratres, literis imbuti, <sup>Vad. ann.</sup>  
1219. n. 34.  
laborem hujus profectionis detrectabant.

Cum Ægydius sociique Tunetum appu-  
lissent, vir quidam, qui apud Saracenos  
sapientissimus habebatur, postquam satis  
diu siluisset, ex suo secessu prodiit, pa-  
lamque edixit: *Venerunt ad nos viri*

L 5

Infi-

Sæcul. XIII. A.C. 1219. *Infideles, ut legem nostram contemnunt,*

*& populi ludibrio exponant. Facit, quod suadeo, peregrinos hos gladio perimite. Tunc vero magnus tumultus inter Musulmannos & Christianos exoritur, atque illi Christianæ Religionis homines, qui Tuneti habitabant, & apud quos Frater Ægydius cum sociis suis divertebat, vehementissime mortem pertimescentes, compulerunt Fratres navem descendere, negata Saracenis loquendi vel eos adeundi facultate. Die sequente mane adsunt Saraceni, furiosi. Fratres ad pœnam depositi, & oblitus pescunt, quod prohibentibus licet ceteris Christianis, ex nave prædicarent, seque ad amplectendum fidem Christi exhortarentur, ingenti Martyrii desiderio flagrantes. Tandem hi Fratres cum exequi non possent, quæ optabant, ad S. Franciscum reverti sunt. Vir sanctus Fratrem Ægydium amore tenero prosequebatur, de eo ad alios Fratres dicere solitus; *Ecce Eques in paucis \* fortis! Ecce heros ex nostris maximus!**

\* de la table  
ronde.

### §. XXVII.

*S. Franciscus coram Soldano  
Meledino.*

**I**nter hæc & ipse S. Franciscus in Terram sanctam profectus est. Jam ter-